

meri loco, qui est Il. λ' v. 26. f., Κυάνεοι δὲ δράκοντες ὄρω-  
 ρέχατο ποτὶ δειρὴν Τρεῖς ἑκάτερθ' ἴρισσιν ἑοικότες, admonet Eu-  
 stathius, p. 828. 24. Rom., non hoc dici διὰ τὸ χρώμα,  
 ἀλλὰ διὰ τὸ ἐπικυροῦσθαι τὰς αὐχένας κατὰ τινὰ κυκλικὴν καμ-  
 πὴν· et exponens illa verba, quae leguntur paulo ante v. 24.,  
 Τῷ δ' ἦτοι δέκα οἶμοι ἔσαν μέλανος κυάνιο, ait, p. 828. 19. Rom.,  
 Κύανος εἶδος τι χρώματος μέλανος, ἐξ ἧ τὸ κυάνεον· τοῖστων δὲ  
 καὶ τὸ χρώμα τῷ ἔρανθ' ἀναγκαιῶς κατὰ τὰς φυσικὰς, ὀπηνίκα ἐστὶ  
 πάντη ἀνέφελος. Latini *caeruleum* draconem vocant. A Pro-  
 pertio appellatur quidam *fucus caeruleus*, et forma *caerula*,  
 his versibus, 2. eleg. 14, 27. f., *An si caeruleo quaedam  
 sua tempora fuce Tinxerit, idcirco caerula forma bona est?*  
 Ex his omnibus iudica, quae magis huic loco conueniat  
 interpretatio.

16. Ἰνα τίς τὸ μὲν φοβῆται, τὸ δ'] Dicitur τὸ μὲν, τὸ δέ,  
 vt τὰ μὲν, τὰ δέ, pro *partim quidem, partim vero*. Nec  
 admittit versus aliam lectionem. nam si legas τῷ δ' ἀπ' ἐλπί-  
 δος, non stabit.

18. Ῥοδινὴν δ' ὅποια μῆλον κ. τ. λ.] Vel τὴν χνοῖην παρειὴν  
 ποιεῖ Ῥοδινὴν, ὅποια μῆλον· vel χνοῖην, ὅποια μῆλον. Illud quo-  
 dammodo ἀκυρον· hoc autem, propter inuersum vocabulo-  
 rum ordinem, duriusculum videtur: sed elegans est alio-  
 qui metaphora, vt apud Aristophanem, Nubb. 974., Τοῖς  
 αἰδοίοισι δρέσος καὶ χνῆς, ὡς περ μῆλοισιν, ἐπήνθει. *Lanuginem*  
 poëtae quoque Latini appellant: et vt ἐπήνθει dictum hic  
 vides, ita *florem* vocat hoc versu Virgilius, Aen. 8, 160.,  
*Tum mihi prima genas vestibat flore iuuenta*. Sed per μῆλον  
 hic intellige *Cydonium malum*, vt apud eundem poëtam,  
 ecl. 2, 51., vbi ait, *Ipse ego cano legam tenera lanugine mala*.  
 Ibycus [vid. fragmm. Ibyci ab Vrsino collecta p. 115.] κυδωνίας  
 μηλίδας vocat. Hinc et factum verbum κυδωνιάων a Leonide.

20. Ἐρύθημα δ', ὡς ἂν αἰδῆς] Hic ὡς pro ὅσον· quod  
 nouum non est. nam grammatici et in hoc versu, Odyf. ε',  
 344., καὶ κρέας ὡς οἱ χεῖρες ἐχάνδανον, exponunt ὡς ἀντὶ τῷ ὅσον.  
 Ad hunc locum autem pertinet, quod respondit Pythia,  
 rogata, quis esset color pulcherrimus, *Is*, inquit, *quem  
 in ingenuis gignit pudor*.

28. Τὸ δ' Ἀδώνιδος παρ' Ἐλεφ. τράχ.] Prior versus per  
 parenthesin ponitur: in posteriori repeti debet verbum ἔσω.